

cellit alios multos; ideo videndus erit omnino in l. 3. Tauri, in 2. part. conclusio 6. ex num. 12. 13. usque ad num. 1240. & in cons. 2. ex num. 16. usque ad num. 50. Julius Clarus lib. 3. receptorum sententiarum, §. testamentum, quæst. 60. Menchaca de successione resolutione, lib. 1. §. 1. num. 10. & 11. & controversiarum illustrium, lib. 1. cap. 12. num. 9. Andreas Gail. practicarum observationum, lib. 2. observatione 117. Joachimus Minsingerus singularium observationum centuria 1. observatione 8. per totam. Tellus Fernandez in l. 17. Tauri, num. 13. & 14. Antonius Gomezius in l. 22. Tauri, num. 18. Covarruvias in rubrica de testamentis, 2. part. num. 8. Cavalcanus de cessione 12. num. 18. & 19. parte 4. Salazar de usu, & consuetudine, cap. 4. num. 27. Petrus de Peralta in l. si quis in principio testamenti, n. 116. ff. de legatis 3. fol. 442. & in l. 3. §. qui fideicommissam, num. 57. ff. de heredibus instituendis, Molina de Hispanorum primogeniis, l. 4. cap. 2. num. 84. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 97. 98. & 99. & eodem lib. cap. 3. §. 3. n. 32. 33. & 34. Grassius §. testamentum, quæst. 90. Joannes Martinus Olanus, in concordantia Antinomiarum, litera I. num. 7. Burgos Salon de Pace junior civilium, quæst. 1. ex num. 13. usque ad num. 18. Angelus ad leg. meliorationum, l. 2. gloss. 2. per totam. Antonius Gama de cessione Lusitanica, 231. & 245. num. 2. & 258. num. 2. ubi vide Blasium Flores Diaz de Mena Additionator ejus, Matienzus in l. 1. tit. 6. gloss. 1. num. 3. lib. 5. nova collectio Regia, ubi latius Azavedus ex num. 23. usque ad num. 27. & in l. 4. tit. 7. num. 8. eodem lib. D. Spino, in speculo testamentorum, glossa 18. num. 53. 54. & 55. Alvarus Valascus, qui in proposito questionum hujus capituli, cæteris quidem elegantius loquitur, & septem dubiis propositis; rem hanc distincte magis, quam alius explicat, ideo ad eum confugiendum erit omnino in consulatione 7. per totam, ubi plene scribit. Pelæz à Mæres qui in hac materia latius loquitur quam Molina, & trium casuum distinctione, nonnulla adnotavit, ad quæ alii antea non sic animadvertebant, de majoratu, 1. parte, quæst. 23. ex num. 1. usque ad n. 10. Joannes Gutierrez in cap. quantum pactum, de pactis, in 6. in principio, num. 46. 47. & 48. & in cons. 2. num. 6. & practicarum, lib. 3. quæst. 75. num. 12. Caldas Pereira de nominatione emphyteutica, quæst. 3. num. 7. vers. nam cum res. Lodovicus Molina, è Societate Jesu Religiosus, de justitia & jure, tom. 1. tractatu 2. disputatione 152. per totam, folio. 866. Antonius Pichardus in §. igitur, ex num. 2. Institut. de pupillari substitutione, Hieronymus de Cævallos communium practicarum, quæst. 265. num. 16. & 17. & quæst. 310. ex num. 5.

6 Tertio deinde loco constituendum est, quod testamentum potest à duobus, vel à pluribus in eadem charta, aut scriptura confici, idque ex communi omnium Doctorum placito, sic ut nullus eorum, quos superius retulimus, in hoc dissentiat, omnes potius unanimiter sic probaverint; & ante alios ita docuerunt Bartolus in l. patris & filii, ad finem; & ibidem Jason num. 7. & Claudius in finalibus verbis, ff. de vulgar. & pup. substitut. per textum in l. si quis ex argentariis, §. si initium, ff. de edendo, & in l. eo quod, C. si certum petatur, per quem text. sic firmavit Baldus in l. cum antiquitas, C. de testamentis, dicens quod multorum testamenta possunt fieri in eadem scriptura: idem Bald. Salicetus, Angelus, & alii in l. licet, C. de pactis, ubi etiam Bartolus, Roderic. Suarez, qui dicit nunquam dubitasse de hoc in dict. l. quoniam in prioribus, limitatione 5. in vers. ego non dubitavi, fol. mihi, 74. col. 1. Gregorius Lopez in duobus locis relatis supra, num. 2. Covarru. in rubrica de testamentis, 2. part. num. 8. Petrus Pechius de testamentis conjugum, lib. 1. cap. 17. per totum. Bellonus in cons. 85. Difficilis, n. 9. quo loco hoc esse commune Doctorum placitum asserit Burgos de Pace in l. 3. Tauri, 2. par. num. 1214. in princ. Julius Clarus §. testamentum, quæst. 60. num. 1. Gail. lib. 2. observatione 17. num. 1. Gama decis. 231. num. & de cessione 245. num. 2. & de cessione 258. eodem num. Grassius

§. testamentum, quæst. 90. num. 1. Padilla in l. clari, n. 19. C. de fideicommissis, & esse indubitanter in praxi receptum firmat Valascus consulatione 7. num. 1. & valde consuetum in conjugibus dixit Molina de justitia & jure, tractatu 2. disputatione 152. num. 1.

7 Quarto constituo; quod cum testamentum faciunt duo pluresque in eadem scriptura, aut charta; tunc, quot sunt personæ testantes, tot esse testamenta censetur, atque ita non esse unum, sed diversa testamenta, quia sunt condita à diversis personis: in quo etiam conveniunt omnes Doctores, nec ullus in hoc dissentit, ut constat ex relatis supra, num. 2. 3. 4. & 5. quorum nullus à communi sententia recedit, & ante alios sic firmarunt Oldrad. Joannes Andreas, Albericus, Corneus, Baldus, Alexander, Paulus, Tiraquellus, & alii, cum quibus communem, & certam sententiam profitentur Burgos de Pace in dict. l. 3. Tauri, 2. part. num. 1214. Rodericus Suarez in dict. l. quoniam in prioribus, dict. limitatione 5. vers. ad prædicta facit. Padilla in dict. l. clari, C. de fideicommissis, num. 19. Gama de cessione 231. n. 6. Joannes Gutierrez cons. 2. num. 6. Gail. lib. 2. dict. observatione 117. num. 3. Minsingerus centuria 1. observatione 8. num. 2. Alvarus Valascus dict. consulatione 7. num. 3. qui dicit in hoc ambigi non posse, & recte explicat textum in l. patris & filii, ff. de vulg. & pup. substitut. qui in contrarium urgere videbatur, subtilius tamen explicari poterit, perlectis his, quæ adnotavi supra, hoc eodem lib. 2. cap. 14. num. 5. Cævallos communium practicarum, q. 265. n. 16. Additionator Gamæ in addit. ad decisioe 185. n. 3.

8 Ex hac autem resolutione opportune, & necessario inferitur ad nonnulla. Primum, quod testamentum à duobus in eadem charta, aut scriptura confectum, unicam tantum solemnitatem requirit, non duplicatam: nam etsi duo testamenta censeantur, non unum testamentum, solemnitas tamen illa uno contextu adhibita sic referatur ad omnes personas testantes, ut pro unoquoque separatim adhibita censeatur: quod cum Bartolo, Jasone, Aretino, Imola, Claudio, & Bellono latius adnotarunt Burgos de Paz in l. 3. Tauri, 2. part. ex num. 1214. usque ad num. 1240. Alvarus Valascus consulatione 7. n. 3. & 4. ubi plene declarat, & dicit id procedere quoad numerum testium, sigilla, subscriptiones, unicam contexturam, & reliqua, quæ plurium personas possunt respicere; non verò quoad ea solemnia, quæ ab ipsis testatoribus debent peragi, qui talia à singulis eorum debent fieri; & sic intellige ea, quæ non ita distincte, nec absolute in proposito dixit Andreas Gail. practicar. observat. lib. 2. observat. 117. num. 2. & 3.

9 Secundò inferitur adea, quæ scripsit Antonius Gama Lusitanus in decisione 231. per totam, quo loco in primis agit, an testamentum uxoris, & mariti invalidum sit, in quo maritus sua manu se heredem scripsit; & tandem resolvit, non valere testamentum ex Senatusconsulto Liboniano: & in hoc verè quid loquitur, & juxta mentem communem, ut ejus Additionator in princ. additionis ad dict. decisionem rectè advertit: postmodum dubitat, an testamentum prædictum non valeat, etiam in quantum est mariti testamentum, & in sui præjudicium, atque in favorem uxoris: tandem dicit, sententiam suam fuisse, & etiam alterius Collegæ, quod in totum testamentum hujusmodi non valeret: in quo quidem decipitur manifestè, idque ex rationibus alterius Senatoris contrarium sententis, quas ipse Gama eodem loco adducit, atque ex notatis supra: verè enim negari non potest, quin testamentum mariti, & uxoris in eadem scriptura factum habeat vim duorum testamentorum, sic ut duo testamenta facta censeantur: unde cum sint dispositiones separabiles, in quibus utile per inutile non vitiatur, valere potuit testamentum viri sua manu factum, in quo ille uxorem instituit, & non valebit testamentum uxoris instituentis virum, manu ipsius viri scriptum: quod egregie defendit Franc. Beccius in cons. 103. ex num. 11. lib. 1. quem rectius tueretur Additionator in dict. decis. ad finem.

Tertio

13 Tertio inferitur, Doctores communiter rectè credidisse, maritum & uxorem simul, & in eadem charta, non solum testamentum facere posse, sed etiam adinvicem, aut reciprocè alterum ab altero in eo testamento hæredem institui. Quod non dubitarunt asserere Baldus, Angelus & Salicetus num. 1. Castrensis num. 2. & Jason n. 3. in l. licet, C. de pactis Oldrad. in cons. 174. per totum. Bellonus in cons. 85. num. 9. ubi communem omnium sententiam dicit, Julius Clarus §. testamentum, q. 60. n. 1. Corn. in cons. 159. lib. 4. Bertrand. in cons. 329. lib. 1. Tiraquel. de primogen. q. 68. n. 5. Alciat. lib. 2. paradoxorum. cap. 31. Commans commentariorum juris civilis, lib. 10. cap. 6. num. 6. Hippol. singulari 50. per totum, & singulari 333. num. 2. Romanus singulari 820. Gama de cessione 231. num. 1. & de cessione 245. num. 2. Andreas Gail. lib. 2. observat. 117. num. 1. per totum. Cævallos, qui in fortioribus terminis questionem proponit practico. commun. quæst. 240. num. 7. Alvarus Valascus consulat. 7. num. 7. per totum: quo vel solo Authore prælecto, facile, & verè quidem responderi potest rationibus nonnullis, quibus, ut contrariam sententiam contra Communem tueatur, movetur D. Franciscus Sarmient. selectarum, lib. 2. cap. 4. num. 2. per totum; imò & pactum reciprocum inter conjuges de succedendo, videlicet, ut sibi invicem indistinctè succedant, aut superstes in casu non existentium liberorum præmorjenti succedat, validum esse: quia reciprocum, & vicissitudinarium, tenuerunt Cinus, Paul. Bald. Salicetus, Jason, & alii in l. si pater puella, C. de inofficioso testamento, & post Hippol. Romanum, & Socinum, consuetudine passim receptum, & in Camera approbatum testatur Andreas Gail. pract. observat. lib. 2. observat. 117. num. 6. & sequitur Boerius in consuet. Bivrigen in rubrica, de consuetudine matrimonii & dotis, §. 1. col. 7. & 8. Petrus Dueñas in regula, incipiente, Conventio facta inter maritum & uxorem, & cum aliis tuetur Cævallos ubi supra, ex num. 7. Id autem non otiose, aut extra propositum à me dictum, sed ideo potius ut contrarium sensisse Valascum dict. consulat. 7. n. 7. in fine, notare hoc loco; ille enim in quæst. superiori, dicit in contrarium urgere text. in l. licet, C. de pactis; nam si verum est, pactum de succedendo inter milites, speciali privilegio valere, ut ibidem notarunt Doctores communiter Tiraquellus de primogenitura, questione 61. num. 24. Antonius Gomezius in l. 22. Tauri, n. 18. Guil. Benedic. in cap. Rainuntius, de testamentis, verbo, duas habens filias, ex num. 203. Petrus Pechius de testamentis conjugum, lib. 1. cap. 7. num. 4. per argumentum ab speciali videtur inter alias personas procedere non posse; & respondet ipse Valascus, quod textus ille procedit interveniente pacto & conventionem, non autem in institutione adinvicem sic facta in testamento inter conjuges, ex mutua ipsorum affectione: Unde sentit apertè, pactum hujusmodi, sive conventionem etiam inter conjuges non valere, & expressim docuisse videtur Accursius in l. hereditas, C. de pactis conventis, dicens, quod pactum de futura successione non valet etiam inter virum, & uxorem Alexander in cons. 28. lib. 3. Angelus in cons. 66. incip. Comes Roberti Chalfaneus in cons. 62. num. 37. Lazius in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum oblig. num. 19. & 20. videtur etiam sentire l. 33. tit. 11. partita 5. quæ in hoc casu non loquitur, Antonius Gomezius in dict. l. 22. Tauri, num. 18. vers. & ex his declaratur; sic ut negari non possit, quin hoc dubium difficultatem habeat de jure communi, per textum in dict. l. licet, C. de pactis, & in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligat. & notata per Burgos de Paz in cons. 2. ex n. 14. cum seqq. Cævallos d. quæst. 140. ex num. 7. quo loco nec Pechium, nec Gail. nec Valascum retulit; per ea etiam, quæ notavit Petrus Pech. de testamentis conjugum, lib. 1. cap. 7. per totum, ubi communis resolutionis rationes ad unum caput trahi debere, rectè advertit num. 4. quo num. & sequent. usque ad n. 11. non malè contendit subvertere illas; & tandem in fine dict. cap. 7. magis adheret contrariæ sententiæ Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris, Tom. II.

communi, dicens ad rem non facere præsentum favorem matrimonii, quia favorabilior est causa liberi arbitrii, nec privilegia matrimonii extendi debent ad casum hunc non expressum, ut ibidem probat prædictus Autho: cui, rigore inspecto, libentius ego accederem in terminis juris communis, & propter dictam legem Partita 33. De jure verò hujus Regni servandam crederem resolutionem Joannis Gutierrez de juramento confirmatorio 1. part. cap. 3. num. 19. usque ad num. 25. quam meritò sequitur, & latius, atque utiliter declarat Cævallos practico. commun. quæst. 140. ex num. 4. cum seqq. & vide Hippolyt. Riminald. in cons. 580. lib. 5.

16 Quintò, & principaliter constituo, quod cum testamentum à marito, & uxore, vel à duobus aliis simul in eadem scriptura, aut charta fit, potest ab altero pro parte sua revocari. Quod post Oldrad. Paul. Alex. & alios permultos communiter probari, nec esse in hoc differentiam inter Doctores, testatur Rodericus Suarez in dict. l. quoniam in prioribus limitatione 5. vers. ad prædicta. Burgos Salon de Pace in l. 3. Tauri, 2. part. n. 1215. & in cons. 2. ex n. 16. Peralta in l. si quis in principio testamenti, n. 116. ff. de legat. 3. Covar. in rubrica de testamentis, 2. part. n. 8. Petr. Pech. de testam. conjugum, lib. 1. c. 18. & 19. Mench. de success. resolut. lib. 1. §. 1. n. 10. Padilla in l. clari n. 19. C. de fideicommissis. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 4. cap. 2. num. 84. Mieres de Majoratum, 1. part. quæst. 23. ex num. 2. Tellus Fernandez in l. 17. Tauri, num. 13. Alvaradus de conjecturata mente defuncti lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 97. Salazar de usu & consuetudine, cap. 4. num. 27. Burgos de Paz junior civilium, quæst. 1. num. 13. Grassius §. testamentum, quæst. 90. num. 2. Gail. lib. 2. observatione 117. num. 2. Minsingerus centuria 1. observatione 8. per totam. Angelus ad l. meliorationum, l. 2. gloss. 2. in princ. fol. 79. Gama in tribus decisionibus sæpe relatis supra. Sarmientus selectarum, lib. 2. cap. 4. num. 2. Joannes Gutierrez in cap. quantum pactum de pactis, in 6. num. 46. & practicarum, lib. 3. quæst. 75. n. 12. Caldas de nominatione emphyteutica, quæst. 7. num. 7. ante finem. Spino in speculo testamentorum, gloss. 18. de melioratione, num. 53. & 54. Pichardus in §. igitur, instit. de pup. substitut. num. 3. Molina de justitia & jure, tractatu 2. disputatione 152. in princ. Hieronymus de Cævallos practicarum communium, quæst. 265. num. 17. & quæst. 310. num. 9. Et verè hæc pars & jure, & rationibus concludentibus fulcitur; jure, per textum in l. Lucius, §. Caio Seio, ff. ad Trebellianum, prout eum inducit Rodericus Suarez loco relato supra, & in l. falsa, §. finali, ff. de conditionibus & demonstrationibus, & in l. finali, §. filium, ff. de legatis 2. & in l. licet, C. de pactis, inducendò eum textum, prout inducit Burgos Salon de Pace in cons. 2. num. 16. Ratione, quoniam, ut diximus supra, negari non potest, quin secundum juris potestatem duo sint testamenta, & tot, quot sunt personæ testantes: & sic perinde est, ac si unusquisque eorum seorsim, & distinctè de bonis ad se spectantibus disposuisset; & per consequens superstes potest revocare suam propriam dispositionem, utpote juris intellectu, & potestate ab altera distinctam, & separatam, cum sint duo testamenta, ut dictum, & eruditè advertunt Petrus de Peralta in l. si quis in principio testamenti, n. 116. ff. de legatis 3. Minsingerus singularium observationum, observatione 8. num. 2. Deinde, quia hic militat omnia jura, quæ volunt non posse auferri liberam facultatem testandi, nec posse testatorem sibi legem imponere, per quam à priore voluntate sibi recedere non liceat, l. si quis in principio testamenti, ff. de legatis 3. l. 25. tit. 1. part. 6. & in nostris terminis sic adnotavit Rodericus Suarez dict. limitatione 5. vers. ego non dubitavi, & ab eo accipiunt Petrus Pechius de testamentis conjugum, lib. 1. cap. 18. num. 1. per totum, Menchaca de successione resolutione, lib. 1. §. 1. num. 10. voluntatèque disponentis ambulatoriam esse usque ad ipsius mortem, l. cum hic status, §. ait Oratio, ff. de donationibus inter, l. cum duobus, §. idem respondet societatem, ff. pro socio, cum aliis multis

M 2



multis adductis, & optime explicatis per Peraltam in d. l. si quis in principio testamenti, num. 126. 127. & 128. fol. mibi 449. Ac denique, nam licet communi consensu, & de utriusque bonis aliqui simul testentur, disponere censentur juxta naturam actus, quem efficiunt, & juxta jura, quae ea de re sunt; atque adeo ita ut semper integrum cuique illorum sit, ab ea dispositione discedere, & quocumque tempore revocare illam: quod pro ratione praefatae resolutionis non male advertit Molina de justitia & jure, tractatu 2. disputatione 152. vers. dicendum tamen, qui accepit, sed tacet illum, ab his, quae in proposito scripsit Burgos Salon de Pace in dict. l. 3. Tauri, 2. part. ex num. 1221. usque ad num. 1224.

18 Nunc extenditur superior resolutio, videlicet alterum posse revocare suam dispositionem, sive in vita ejus, qui simul cum eo disposuit, sive etiam post mortem ejus nam in utroque casu indistincte revocatio fieri potest, quia alias non esset libertas in testamento revocando: quod esset contra leges, & rationes superius adductas, ut in specie ad explicationem Cornei in cons. 159. num. 1. lib. 4. advertit Menchaca de successioinum resolutione, lib. 1. dict. 5. 1. num. 10. & constituit, quod si tres fratres simul fecerunt testamentum per unum, revocari potest ab aliquo, sive revocatio fieret in vita omnium, sive etiam post mortem alicujus, vel aliquorum ex eis, dummodo revocetur dumtaxat quoad partem revocantis, quia quoad alios non revocantes firmum remanet testamentum, cum tot testamenta esse videantur, quot erant personae testantium, nec ab unoquoque revocari possit, nisi dumtaxat pro parte sua.

19 Secundo extenditur, ut procedat, etiam si testamentum simul faciant coconjuges in favorem alicujus, vel aliquorum, vel ut utriusque proximi haeredes bona sua, aut aliquam partem eorum accipiant; nam adhuc uno ex conjugibus mortuo, superstes jure potest dispositionem suam revocare, quod casum ponens, & dicens crebrioribus suffragiis ita censuisse Dominos in camera Imperiali, sic resolvit, & optime fundat Joachimus Miningerus singularium observationum, centuria 1. observat. 8. per totam, cujus resolutio satis coadjuvatur ex his, quae cum non referens, adnotavit Valascus in consultatione 7. num. 8. ubi dicit, quod si testamentum fecerunt maritus & uxor simul, & cum convenissent de instituendo aliquem haereditem, forte consanguineum, ut frequenter accidit, implendo promissa eum haereditem instituerunt, unusquisque pro parte sua, & uno mortuo, alter testamentum revocavit: nihilominus tamen firma erit institutio, quam fecit praemortuus; idque duplici ratione, quam in facto interrogatus, & sic respondens consideravit Antonius Gomezus in l. 22. Tauri, num. 18. vers. Ex his notabiliter potest queri: deinde ex eo, quod alias in questione simili cum Cumano concludit Jason in dict. l. licet, num. 10. C. de pactis, quod adeo verum intelligit Valascus ubi supra, ut crederet procedere, etiam si ex praefatione institutionis, aut ex aliis verbis

20 dispositionis constare possit, non aliter institutum praemortuum, quam si alter promissa observaret, idque aliter non fundat; dumtaxat dicit, non urgere in contrarium text. in l. finali, ff. de haeredibus instituendis, quia dicit, quod species ejus textus non conducit ad propositum, quia ibi fuit error in facto, hic in jure, & sibi imputet, qui genus dispositionis elegit, per quod decipi ipsum, aut promissa non observari contingere possit.

21 Sed vereor quidem, ne forsitan in hoc casu contrarium dici possit, prout dicere non dubitavit Mieres de majoratu, 1. part. quest. 23. num. 3. ubi cum Majoratus ab uxore, & marito simul instituitur revocabiliter, non male fundat, uno conjuge praemortuo, superstitem revocare non posse Majoratum, quando ex scriptura institutionis constaret, quod unus sine altero Majoratum non constituisset, neque alioquin fecisset; quod multis modis apparere potest, & reddit rationem, quia tunc videtur quaedam conventio reciproca, & vicissitudinaria, cui unus, altero invito, nec contradicere, nec revocare po-

test; argumento l. si pater puella, C. de inofficiso testamento, cum ibi notatis, l. de fideicommissis, C. de transactionibus, ubi late Doctores, & l. ultima ff. de conditione ob causam, ibi: Quia ideo tibi dedi, ut mihi Stichum darer. Item & argumento eorum, quae scribit ipse Mieres in 4. part. ejusdem tractatus, quest. 22. num. 14. quae non mediocriter urgent, ut etiam urgent adducta per Pechium de testamentis conjugum, lib. 1. cap. 19. num. 4. in fine, & num. 5. per totum, ubi dicit limitandam esse resolutionem communem, si appareret evidenter, causam finalem institutionis cessare; tunc enim putaret, & ipsam quoque institutionem extinguere, quamvis instituens praemortuus sit, duplici ratione: in primis, quod institutionis, vel substitutionis causa cessante, cessat institutio, vel substitutio, l. si ita quis, ff. de vulgari & pupill. substit. l. ultima C. de instit. & substit. l. penult. C. de impuberum, plenè Gratus in cons. 124. colum. 2. lib. 1. Fulgosius in cons. 23. Decius in cons. 166. & voluntatis testatoris causa cessante, cessat voluntas, & ejus dispositio. Ruinus in consil. 160. lib. 4. Secundo, quia in hoc casu videretur esse manifesta captio, si alter non institueret, aut non servaret promissa, cum defunctus alius non instituisset, aut sic disposuisset. Addiderim ego, durum quidem videri, actus agentium ultra, vel contra intentionem eorum aliquid operari, per text. in l. non omnis: cum vulgatis ff. de rebus creditis; aut dispositionem hujusmodi, quando sic constat aperte de voluntate, & causa finali disponentis, ut dixi, intelligendam non esse, rebus non immutatis, sed in eodem statu permanentibus, ex l. quod Servius, ff. de conditione indebiti, aut in damnum, & contra manifestam voluntatem defuncti, non conseri inesse conditionem, nisi aliud culpa superviventis acciderit, argumento l. quero, in fine ff. locati, l. cum proponas, & ibi Alciatus num. 1. C. de pactis; ideo cum casus se offerret, non ita de facili judicandum erit, ut Valascus affirmat, sed inspectis verbis dispositionis, & voluntate testatoris considerata, maturius erit res haec diffinienda, & vide infra num. 67.

Quod si poneremus testamentum, aut ultimam aliam dispositionem quamcumque a duobus simul, in favorem alicujus, vel ut majoratus institueretur, aut opus aliquod pium perageretur, sic confectam, ut verba ejusdem conditionem, aut modum praese ferre videretur; tunc equidem communes Doctorum resolutiones circa confirmationem testamenti pro parte praemortui, aut fructus a superstitibus perceptos non restituendos, dici possent quod obtinere non possent; idque vel ex natura conditionis, quae impleri debet, antequam actus perficiatur, & ab initio acquisitionem impedit, ex quo nihil ponit in esse, donec ei fuerit satisfactum, l. si filio familias, ff. de conditionibus & demonstrationibus, l. si quis sub conditione dandorum decem, ff. si quis omnia causa testamenti: & cum multis Authoribus late explicant Sarmientus selectar. lib. 2. cap. 3. num. 1. & 4. Menochius lib. 4. praesumpt. 175. num. 9. 11. & 12. Antonius Gomezus tom. 1. variarum, cap. 12. num. 59. Grassus §. institutio, quest. 26. Doctor Spino in speculo testamentorum, gloss. de legato sub conditione relicto, in principio, vel ex natura modi, qui licet ab initio acquisitionem fieri non impediatur, resolvitur tamen eo deinde non impleto, l. libertas §. haec scriptura, ff. de manumissis testamento, Bartolus in l. quibus diebus §. Terminus, num. 13. ff. de conditionibus & demonstrationibus, & ibidem Socinus num. 8. plenè Sarmientus & Menochius ubi supra, Antonius Gomezus dict. cap. 12. ex num. 70. Grassus §. legatum, quest. 78. Decianus in cons. 8. ex num. 76. volum. 1. Et quia in hoc casu nihil est, quod sic disponenti imputari possit, ex quo non poterit & simpliciter cum alio simul disposuit (in quibus terminis loquuntur Doctores communiter) sed talia verba adjecit; quae conditionem, aut modum inducunt, nec illis adjectis decipi ipsum contingere potest, cum impediat ab initio, vel ex post facto resolvatur dispositio, si superstes pro sua parte revocare voluerit, idque procederet non modo si verba conditionalia, aut modalia fuerint

rint expressa, verum etiam si quoad sonum verborum essent pura; tamen ex aliquibus verbis, aut ex mente testatoris colligi possent conditio, argumento textus in l. Stichum qui meus erit, ff. de legatis primò, ubi Bartolus, Ruinus, & Jason: Baldus in rubrica, C. de institutionibus & substitutionibus, num. 1. Tunc enim revocaretur etiam, aut resolveretur pro parte conjugis praemortui dispositio, si superstes pro sua parte revocare intendere, ac denique ad fructuum perceptorum restitutionem remaneret obnoxius in hoc casu, si etiam conditionaliter, aut sub modo constare possent, relictos fuisse fructus, ex superius dictis: quae sunt notanda, quia alibi non erant scripta; & pro illis expendi potest optime l. 7. tit. 4. partit. 6. in versic. Pero aquel que fue estabecido: & vide infra, ex num. 70.

25 Limitatur autem resolutio tradita supra num. 21. per eundem Valascum in eadem consultatione 7. num. 8. in finalibus verbis, ut non procedat, si dolo alterius inductum fuisse instituentem probetur; tunc enim pro parte ejus avocaretur haereditas venientibus ab intestato, & ad id citat nonnullos Authores, ultra quos idem etiam, & generaliter observavit in hac materia Ludovicus Molina de Societate Jesu Religiosus de justitia & jure, tract. 2. disput. 152. vers. quando tamen fraus, dicens, quod quando dolus fraudis intervenisset, quo aliquis alterum induceret ad aliquid communi consensu statuendum, aut ad se mutuo instituendum haereditas, animo id ex sua parte revocandi, si mors ipsi, antequam alter obiret, immineret, aut postquam alter de vita discederet; tunc sane arbitrio prudentis restituere teneretur haereditibus, qui probabiliter crederentur ab illo altero fuisse instituendi, aut successuri illi ab intestato, si non fuisset ita injuste deceptus, quoniam fraude illa, & dolo tantumdem damni censeretur dedisse injuste ejusmodi futuris alioquin successoribus defuncti, necnon ipsimet defuncto. Addiderim ego, dolum, aut fraudem in dubio non praesumendam in proposita specie, sicut nec in aliis casibus regulariter jura statuerunt, l. dolum, C. de dolo, l. si creditor. C. de pignoratitia actione, & ibidem Doctores, & cum infinitis Authoribus plenè Alciat. in tract. de praesumpt. 3. praesumpt. 4. ex n. 1. Mascard. de probation. concl. 531. num. 1. & 9. Menochius lib. 5. praesumpt. 3. ex num. 14. Deinde dolum in casu praedicto praesumi posse, quando extant conjecturae, & praesumptiones commissi doli: est enim certum, conjecturis dolum detegi, & probari posse, dict. l. dolum, C. de dolo, & multum Decianus in cons. 32. num. 4. lib. 3. Rota Genuenf. decis. 168. num. 13. & 14. Mascardus dict. concl. 53. ubi latissime Menochius lib. 5. dict. praesumpt. 3. ex num. 42. cum sequentibus, & in proposita specie, atque in foro exteriori probandum esse indicis & conjecturis perspicuis, atque modis a jure statutis, de quibus plenè egerunt Authores praedicti. Denique, in foro interiori sibi quemque consulere debere, quoniam omne quod non est ex fide, atque fraudandi alium intentione sit, peccatum est: & in casu praedicto, ubi seducitur quis, ut propriam substantiam ad libitum, aut beneplacitum alterius relinquat, ad restitutionem obligat, & damni cujusque ea ratione provenientis satisfactionem, ut est de mente Molinae in dicto loco, & in se adeo verum, ut majori comprobatione non indigeat.

26 Tertio extenditur superior resolutio, ut in proposita specie, cum testamentum faciunt maritus & uxor, vel alii duo simul, in eadem scriptura, aut charta, conjunctimque de bonis suis disponunt, vel aliquo modo, aut nominatim in aliquam causam expendi illa decernunt, usque adeo superstes pro sua parte eam dispositionem revocare potest, ut defunctus ex hac revocatione deceptus non videatur, nec illi ex hoc aliqua fraus, aut injuria facta fuisse censetur, cum notum sit omnibus eam conditionem actum illum ex sui natura sortiri, per text. in l. cum donationis, C. de transactionibus, l. ille, ff. de haeredibus instituendis; nec posse quem pactione aliqua ad non mutandum suum testamentum adstringi, ut ura

vulgata docent, sibi que imputare debet, qui cum remediis opportunis uti potuisset, ne propria voluntas illustra redderetur, neve alterius simul sibi testantis dispositio revocari posset ab eo, non se praevenerit, damnumque ex hoc contingens aequo animo pati debet, cum magis propria culpa, & negligentia sua, quam ad adversarii fraude id contingat, argumento textus in l. quod quis, ff. de regulis juris, l. si communis familia, ff. de noxalibus actionibus, cap. licet Episcopus, de praebendis, in 6. e. magis, quod damnum hoc promiscuum est, & casus communis: nam & poterat prius supervivens mori, quam defunctus: & tunc defunctus ejusdem conditionis esset, cujus & nunc vivens, & ob id onus diffimile non fuisse, nec aequale judicari non potest, argumento textus in l. de fideicommissis, C. de transactionibus, l. si pater puella, C. de inofficiso testamento, quod est de mente omnium hucusque in proposito Scribentium, qui semper dicunt, praedefunctum sibi imputare debere, quod eo modo disponere voluerit, nec aliam disponendi viam elegerit, quae decipi ipse, aut dispositio subverti non posset. Sed inter alios rectius adnotant, & eleganter fundant Castrensis in cons. 243. col. 2. in medio, ubi notanter dicit: Nec obstant allegata in contrarium, quia potius se decepisset dicta uxor, si hoc credidisset, quia non revocaret, cum scire debuit, revocabilia esse legata de sui natura: unde hunc casum evenire posse prospicere debuit, l. si quis domum, §. 1. ff. locati: si ergo non prospexit, se ipsum circumvenit. Corneus in cons. 159. colum. 1. lib. 4. Alciatus in dict. l. licet. C. de pactis, in versic. sed quid si alterum poeniteat, in illis verbis: Nec probabiliter quisquam allegaret non existimasse, ut alter poenitentia duceretur: cum hujusmodi voluntates ambulatoriae sint, & debeat quis unusquisque id providere. Burgos Salon de Pace in dict. l. 3. Tauri, 2. part. conclus. 6. num. 1218. per totum, & num. 1226. in versiculo, item & haec sententia ex eo patet, & in consil. 2. num. 41. per totum, ubi Castrensem, & Alciatum retulit in locis relatis nunc, Covarr. in rubrica de testamentis 2. part. num. 8. in versic. nec injuria cuiquam. Mieres de majoratu, 1. part. quest. 23. num. 2. in versiculo, ad ea autem quae Bologninus, & pungit Valascus dict. consultatione 7. num. 8. Ludovicus Molina de justitia & jure, tract. 2. disput. 252. versic. quando tamen, in finalibus verbis.

27 Quarto extenditur, testamentum, a conjuge superstiti pro sua parte revocari posse, quamvis maritus & uxor simul testentur, & in aliquam causam sua bona simul expendi; aut converti constituant, & utriusque bonorum usufructu supervivente frui caverint expressè; nam et si supervivens, alio mortuo, praedicto usufructu fuerit fructus, id non impedit, quominus testamentum praedictum quoad sua bona revocare possit. Quod cum judicio advertit, & plenè fundat Burg. Salon de Pace in l. 3. Tauri, 2. part. ex num. 1219. usque ad num. 1224. quo loco in fortioribus terminis defendit, & multis rationibus confirmat usque ad num. 1228. & in cons. 2. ex num. 21. usque ad num. 41. quod si testamentum faciant maritus, & uxor in eadem scriptura simul, & in testamento ipsum testamentum non revocandi onus expressè fuisset constitutum, & ob id fructus superviventi illic assignarentur, quod nec haereditatis additione, nec fructuum perceptione praedictum onus acceptatum videtur, nec fieri potest irrevocabile testamentum, ut dictis locis adeo plene comprobatur, ut nihil ultra desiderari possit.

28 Quinto extenditur superior resolutio ad majoratum 34 etiam, aut meliorationem, ut scilicet Majoratus, aut melioratio, a viro & uxore simul institutus, possit ab uno illorum, altero mortuo, revocari. Rodericus Suarez in d. l. quoniam in prioribus, limitat. 5. vers. & haec nota ad testamenta. Burgos Salon de Pace in dict. l. 3. Tauri, 2. part. num. 1216. & in consil. 2. ex num. 16. usque ad num. 21. Covarr. in rubrica, de testamentis, 2. part. num. 8. Menchaca de successioinum resolutione, lib. 1. §. 1. num. 11. Padilla in l. clari, num. 19. C. de fideicommissis. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 4. cap. 2. num. 84. Peralta in l. 3.